

# DE PERSONA CHRISTI.

Cur Salvatori nostro CHRISTI  
nomen tribuitur?



**V**OCABULUM CHRISTI  
Græcum est, idem quod Hebræum  
(Messiah) denotans, unctum scilicet,  
quemadmodum in Veteri Te-  
stamento Reges & Sacerdotes di-  
cebantur Christi Domini. καὶ ἁγιασθῆναι  
tribuitur id Iesu, Mariæ filio, per Reges & Sa-  
cerdotes veteris Testamenti adumbrato. Hic enim  
est Sanctus ille Sanctorum, quem juxta vaticiniū  
Danielis, decurrentibus ad finem hebdomatibus  
ibidem prædictis, ungi oportuit, non oleo externo,  
sed vero latitiæ oleo, spiritu & potentia ultra  
omnes consortes suos: ut super virgultum illud  
Isai, Christum Dominum, requiescat Spiritus sa-  
pientiæ, scientiæ, roboris & fortitudinis, sine  
mensura.

Dan. 9.  
Psal. 45.  
Act. 10.  
Esa. 11.

Juxta quam Naturam unctus est  
Christus?

Juxta divinam quidem Naturam λόγος  
ungi, Spiritu Sancto non potuit, quippe à quo ipse  
Spiritus Sanctus (sicut & a patre) ab omni æterni-  
tate pcedit, ut ungere potius quam ungi dicatur  
λόγος.